paſſiuam ut μάχομαι. & hæc in conſtructione ſimilia ſunt actiuis. Alia ſunt ὁλοπαθητικά omnino paſſiua, uoce uidelicet & ſignificatione ut γίνομαι, κοιμῶμαι quæ ad paſſiuorum conſtructionem ideo proximo accedunt.

περὶ ἀπροσώπων DE IMPERSONALIBVS.

Paſſiua Imperſonalia ſine caſu abſoluta ponuntur ut λέγεται, εἰρήσθω & finitima illis.

Acquiſitiua & poſſeſſiua cum Datiuo conſtruuntur & genitiuo, ut μέτεστι ἐμοί, τούτου.

Quaſi acquiſitiua cum datiuo & infinitiuo ut ὡς εἰκώς, ἔξεστι, συμβαίνει, προσήκει, πρέπει, δοκεῖ, τῇ βουλῇ ἐπὶ τοῦ δήμου πέμψαι πρέσβεις.

Tranſitiua ſolo contenti ſunt Infinitiuo præteriti perfecti, aut præſentis, nunquàm uero futuri ut δεῖ φάναι, χρὴ λαβεῖν· ἐνδέχεται εἶναι, φιλεῖ γίνεσθαι.

AVCTARIVM, QVO DOCETVR qua ratione citrà Præceptoris operam Græce diſcere poßis.

QVANDOQVIDEM ubere ingeniorũ prouentu, hoc fœliciſſimo ſæculo, complures uideas, αὐτοδιδάκτους ad utriusq; linguæ egregiam peritiam eluctatos, Operæprecium mihi uideor facturus, ſi cæteris qua ratione conſimilia audeant, aggrediar pro uirili commonſtrare. Sunt enim qui Catonis exemplo,